FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Philipp Kaufmann.

Kaufmann, Johann Philipp

Halle (Saale), 02.04.1708

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209437

Visual Library

dabam in museo Aō 1708
die 29 Martij. Halis Venedorum
volante calamo.

Joh. Phil. Kaufmannus, primam hujus mundi lucem aspexit, Anno. 1686 Mens. Febr. Sinshemii quod oppidum est in Palatinatu inferiori prope Heidel=bergam situm, natus Patre Joh. Bernhardo Kaufmanno, cive ac lanio praedicti oppidi, matre Elisabetha Voltzin, qui amantissimi parentes quam diu divina fert voluntas adhuc sunt in vivis. Annis undecim completis a Parentibus missus sum in Gymnasium quod Oringae est Hoenloicum, animum ad studia ut applicarem, ibiq. sex ac dimidium annum sub fidorum Praeceptorum informatione sum commoratus, et inprimis Rectoris Mag. Leonhardi Lentii dexterrima alios erudiendi ratione per biennium et quod excurrit usus sum, cujus ductu amantissimoq. hortatu in incubui, quo animum una cum Philologicis, in litteratura elegantiori expolitum redderem, Praeceptorisq. praecepta non tam audienda quam quoad ejus fieri potuit imitatione ex=primenda putavi. Quo nomine curta suppellectile parentum jubente superiora Musarum domicilia petere mecum con=stituens, Praeceptorum suffragium tuli. Ac primum quidem oblata a quodam in Patria Nobili informatione in Academia

163

Argentoratensi, iter eo jam erat susceptum, sed Germanorum ob metuendum hostium impetum firmis praesidiis suis undiq. munitis flumine Rheno prohibitus, non sine divina providentia insciis parentibus Academia Giessena studiorum sedes mihi contigit, ubi albo academico inscriptus vitam egi duos annos, in quibus quantum potui fidos Praeceptores audivi in Philologia Dn. D. Majum et M. Bircklinum, in Theologia D.D. Bielefeld, D. Majum et B. Dn. D. Gerhardum. Tandem anno superiori statum meum cuidam meorum Praeceptorum exponenti prae aliis Academiam Fridericianam suasit, adeundam XIIX Calend. Maji una cum Socio Jaegero adveniens, divinam Summi Numinis sub fidorum Praeceptorum informatione sensi et benedictionem et miram ejus providentiam. Ac etiam benedicti Orphanotrophei et animae et corporis cibo, primum in extraordinaria (uti vocatur) mensa, deinde mense Septbr. in ordinaria frui coepi. Quae omnia grata humillimaq. mente agnovi. Ille vero Remunerator benignissimus, Pater qui est in Coelis meos Euergetas omni animae et corporis bono in hoc et veniente Seculo largissime afficiat. Cui sit laus, honor et gloria, in sempiterna secula Amen. Dabam Halae die 2. Aprilis. 1708.

Franckesche Stiftungen zu Halle